

ex dono videlicet Ekigardi bone recordationis marchionis^a, vestri monasterii fundatoris, in Sclavico Gene mansos triginta quatuor et semem^b, Schezice viginti quinque, Otemarice viginti novem, Doberene quatuor, Witigenroht novem, Nizuvazil viginti octo. In Teutonico Gene mansos novem, Kothemeroth sex, Mellere novem, Wikerestede sex et semem, Kozzouve sex, Röderesdorph unum, Ritehach unum, Kõculouve^c septem, Gostice duos, Nuemburch septem et semem, Zorbouve cum omnibus appenditiis suis, Copizan cum^d agris suis, Kisin cum agris suis, Guzarouva^e cum omni utilitate, Zemesim cum decem et octo mansis, Grizlauvae decem et septem et semem, Vulense duodecim et semem, molendinum etiam in Sala, molendinum Nuemburch cum aqueductu, sicut venerabilis frater noster Gualdramus, eiusdem civitatis episcopus, vobis contulit. Et ut nullus in aqueductu molendinum audeat edificare vel constituere aut ipsum aqueductum alio derivare auctoritate apostolica omnimodis prohibemus, et ut homines etiam Nuemburgensis ecclesie nulla vehicula vel inpensas vehiculorum ex privato iure ad obsequium clippeature in expeditionem ministrent, set consuetudine communi aliorum hominum episcopi absque gravamine Nuemburgensis ecclesie servitium suum episcopo exhibeant, eadem auctoritate perpetua stabilitate firmamus. Constituimus etiam, ut in concessione beneficiorum consuetudo aliarum ecclesiarum vestro cenobio servetur, scilicet ut si homo^f inbeneficiatus a vestro monasterio defunctus fuerit et herede caruerit, beneficium libere ad vestrum cenobium redeat, nec ab aliquo cognatorum eius aliqua usurpatione capiatur. Prohibemus autem et omnimodis interdiciamus, ut neque tibi neque tuis successoribus fas sit, bona seu possessiones predicti monasterii distrahendi aut quolibet modo alienandi vel inficiandi b . . e^g. Ut autem vos, fratres nostri, divinis famulatibus liberius valeatis insistere, inmunitatem vobis confirmamus, videlicet ut neque ab Nuemburgensibus episcopis neque a quibuslibet clericis vel viris secularibus aliqua preiudicia sive gravamina seu exactiones aliquando perferatis, nisi forte quantum vobis spontanea voluntate

a) Nur 'chionis' sicher, die ursprüngliche erste Silbe unleserlich; von späterer Hand ist sie in 'ne' corrigiert. b) So steht hier und in der Folge. c) Das erste 'u' durch einen dünnen Strich später zum 'a' gemacht. d) 'cum' steht zweimal, das erste am Ende, das andere am Beginn einer Zeile. e) Das 'o' zwischen 'r' und 'u' übergeschrieben, darunter durch Zeichen angedeutet, wohin es gehört. f) Ueber dem ausgeschriebenen 'homo' Abbrueviaturzeichen. g) Die mittleren Buchstaben auf Bruch, ziemlich sicher 'bone' zu lesen.